



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

5. De quadruplici stella, seu lumine, quo electus quisq[ue] ducitur per vias rectas ad regnum Dei.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

V. De quadruplici stellâ seu lumine, quo electus quisque deducitur per vias rectas ad regnum Dei.

I. Sicut Deus per stellam tres Magos præ omnibus alijs singulari gratia præueniente illuminauit, excitauitque ad agnoscendum & quærendum recens natum regem, & misericordiam Saluatorem: sic quævis electū illuminat, excitatq; simili peculiari gratia præueniente ad agnoscendū, amandum, quærendumq; se verū Deum, &, quē misit, filium suum Iesum Christum per quadruplex lumen, nempe rectæ rationis, fidei supernaturalis, peculiaris inspirationis, & Superiorum directionis, & quidem ex gratuita misericordia ad insignem sanctitatis, gratiæ & gloriæ gradum acquirendum.

Quanta illa gratia, sic præ totalijs illuminari, sic excitari, sic trahi! quantam illa in vicem gratitudinem, quantam cooperandi sollicitudinem exigit?

II. Sicut illos Deus tam suauiter, & efficaciter per prospera & aduersa, per consolaciones & desolaciones deduxit in Bethlehem, vbi illis facta potestas optima regem videndi, adorandi, munieribus honorandi: sic quemuis electū peculiari comitante gratia deducit in Ecclesiam.

clēsiā, atque ad certū aliquem statū, in quo posuit Deo perfectē, iuxta gratiam suā vocationis seruire, suāque simul & proximorum saluti promouendē impensē vacare. Dispice quām peculia-  
ritate te Deus, p̄t̄ tot alijs in densissimis infidelitatis, h̄ęrefeoꝝ & mundanę vani-  
tatis tenebris derelictis, oculis miseri-  
cordiæ suā respexerit, hucusq̄ue sic de-  
duxerit, nunc consolando, nunc dese-  
rendo, nunc arguendo, nunc confirmā-  
do, nunc ad perfectiora exstimulando.  
Agnosce, gratias age, feroꝝ spiritū  
compensa.

III. Sicut eosdem mītē ab Herodis in-  
fidijs protexit, per aliam viam reduxit,  
in fide & gratia confirmauit, dono per-  
seuerantiæ beauit, tandemq̄ue brauio-  
gloriæ coronauit, ex eadem gratuita  
misericordia, & bonitate sua: sic quem-  
uis electum simili paterna prouidentia  
sua protegit, dirigit, conseruat, coronaꝝ.  
Hęc vbi tibi applicaris, admirare tan-  
tam eius bonitatem, spera paternam  
cius usque in finem assistentiam,  
redamare, & compensare  
statue tantam libera-  
litatem.